

250, —

W Y P I S Y z AUTORÓW KLASSYCZNYCH S T O S O W N É D O KLASSY PIÉRWSZÉY.

Czwarty ráz wydané.

Nie oprawné	- - -	gr: 5.
Oprawne	- - -	gr: 7.



w KRAKOWIE Roku 1787.

w Drukarni Szkoły Głównej Koronnej,

W Y P S Y
S T O S O W N E
DO KLASSY PIÉRWSZÉY.

Dzieło *Wypisy z Autorów Klassycznych* stowrzone do Klassy Piérvszéy, do téyze Klassy, z zleceniá Komissyi Naszéy przez Towarzystwo do Xięg Elementarnych roztrząsnione, Szkołom Narodowym do użycia podług Przepisów Naszych wyznaczamy. w Warszawie dnia 1, Lutego. 1787.

MICHÁŁ PONIATOWSKI Xzg. Prymas.

MACIĘY Poray GARNYSZ Biskup Chełmski Podk. K.

MICHÁŁ Książę RADZIWILL Kasztelan Wileński.

ANTONI Nałęcz MAŁACHOWSKI Wda. Jen. Ziém.

Mazow.

JOACHIM CHREPTOWICZ Podkanclerzy W. X. Lit.

IGNACY POTOCKI Marszałek Nadworny W. X. Lit.

JGNACY PRZEBENDOWSKI Marszałek Rady Nieust:

FELIX ORACZEWSKI REKTOR Szkoły Głów. Kor.

D O G R A M M A T K I.

O Mowie, odmianie w nięy Imion i Słów, czytaniu, poiętności.

Powtóré:

D O M O R A L N É Y N A U K I.

O wzaiemnym przywiązaniu Rodziców i dzieci, o wdzięczności, uszanowaniu, postuszeństwie Rodzicom i Starszym.

Societatis humanae vinculum est ratio & Soratio: quæ docendo, discendo, communicando, conciliat inter se homines.

Cicero lib: 1. de Off: nro. 33. (a)

A

Cum

(a) Marcus Tullius Cicero, iedén z náysławniejszych ludzi na świecie, Filozof, Mowca i Konsul Rzymski. Wielé dzieł Filozoficznych i Moralnych piśał: oprócz szacownych mów w Sadzie i Senacie mianych: narodził się na 106. lat przed Chrystusem, w starości swojej zabity od swych nieprzyjaciół, którzy razem byli nieprzyjaciolmi Oyczyny.



Cum orationis indicem, vocem habeamus, in voce autem duo sequamur, ut clara sit, ut suavis; alterum exercitatio augebit, alterum imitatio presse loquentium & leniter. *Quintilianus Instit: Orat: lib: 1. (b)*

Nato filio, Pater spem de illo primum quam optimam capiat --- Ante omnia, ne sit vitiosus sermo, nutrices Chrysippus (c) si fieri posset, sapientes optavit --- Natura tenacissimi sumus eorum, quae rudibus (d) annis percepimus --- Et haec ipsa magis pertinaciter haerent, quae deterrora sunt. Nam bona, facile mutantur in pejus: num quando in bonum vertentis vitia? Non asuescat ergo, ne, dum infans quidem est, sermoni, qui dediscendus sit. ---

Non perdamus primum statim tempus: atque eo minus, quod initia literarum sola memoria constant: quae non modo jam est in parvis, sed tum etiam tenacis-

(b) Marek Fabius Quintilianus żył po Chrystusie za Cesarza Domityą, w wielkim był szacunku dla obyczajów i nauki swojej, i sposobu iędy dawania. Pierwszy w Rzymie publicznie Wymowy uczył. Napisał Książkę de Institutione Oratoris godną czytania od Nauczycielów i Uczniów.

(c) Grecki Filozof.

(d) Wyraz w przenośnym znaczeniu położony, bierze się za pierwsze lata: gdzie jeszcze nie wiele jest wyobrażeń na umyśle.

cissima est. capite 3. Ingenii signum in parvis praecipuum memoria est. Ejus duplex virtus (e) facile percipere, & fideliter continere --- Mihi ille detur puer, quem laus excitat, quem gloria juvet, (f) qui vietus, fleat --- hunc honor excitabit: in hoc desidium nunquam verebor. cap: 4.

Scribendi ratio conjuncta cum loquendo est: & enarrationem praecedit emenda lectio, & mistum his omnibus judicium est --- Est sua loquentibus observatio, sua sribentibus.

Syllabis nullum compendium est: perdiscendae omnes: nec (ut fit plerumque) difficillima quaeque earum differenda, ut in nominibus scribendis deprehendantur. Quinimo, ne primae quidem memoriae temere credendum, repetere, & diu inculcare fuérit utilius: & in lectione quoque non properare, ad continuandam eam, vel accelerandam. Incredibile est (g) quantum morae lectioni, festinatione adjiciatur. Hinc enim accidit dubitatio, intermissione, repetitio

(e) Nie tylko *virtus* znaczy cnotę, lecz przymiot moc, jak w tym miejscu.

(f) *Laud* pochwała w słowie daną, *gloria* chwala: znáduje się w chwalebném zdaniu o kim i szacunku iego. Wyrazy blisko znaczne.

(g) *Incredibile est*, Wyrazu tego używała Lacińcy dla pokazania wielkiej trudności zachodzącej: lub nadzwyczajny inkley rzeczy. Dobrze się po Polsku wykładają: zaledwo wierzyć można.

titio --- Multa linguae vitia, nisi primis existantur annis, inemendabili in posterrum pravitate durantur.

Tum videbit, quot, & quae sint partes orationis: quanquam de numero parum convénit, sed ex idoneis Auctořibus, duntaxat octo partes secuti sunt.

Nomina declinare & verba in primis pueri sciant; neque enim aliter pervenire ad intellectum sequentium possunt. Sed in verbis quoque quis est adeo imperitus, ut ignoret genera, & personas, & numeros? Quid, quod multa verba, non totum declinationis ordinem ferunt? quaedam etiam mutantur, quaedam tertiae demum personae figura dicuntur, ut licet, piget. Quaedam, simile quiddam patientur vocabulis in adverbium transeuntibus, nam ut noctu & diu; ita dietu factuque. Sunt enim haec quoque verba participialia quidem, non tamen qualia dietu factuque.

Quis hoc nescit, quod male scribitur, male etiam dici necesse est?

Sup̄est lectio, in qua puér ut sciat, ubi suspendere spiritum debet, quo loco versum distinguere; ubi claudatur sensus, unde incipiat: quando attollenda, vel

sub-

Declinationis ordinem, Rozumię się odmiana w słowach: iak ténze wyráz bierze się za odmianę w jmionach.

submittenda sit vox, quid lentius, quid celerius dicendum; demonstrari, nisi in opere ipso non potest. Unum est igitur, quod in hac parte praecipiam: ut omnia ista facere possit; intelligat. Sit autem in primis lectio virilis, & cum suavitate quadam gravis. cap: 5.

Principio generi animantium omni, est a natura tributum, ut se, vitam, corporusque suum tueatur, declinetque ea, quae nocitura videantur: omniaque, quae sint ad vivendum necessaria, anquirat (h) & paret, ut pastum, ut latibula, ut alia ejusdem generis --- Eadem natura vi rationis hominem conciliat homini: & ad orationis, & ad vitae societatem: ingeneratque in primis praecipuum quandam amorem in eos, qui procreati sunt: *de Off: lib: 1. nro 4. ibidem nro. 15.* De benevolentia, quam quisque habeat erga nos, primum illud est in officio, ut ei plurimum tribuamus, a quo plurimum diligimur. An non imitari debemus agros fertiles, qui multo plus affertunt, quam acceperunt?

Parentes carissimos habere debemus: quod ab illis nobis vita, patrimonium libertas, Civitas (i) tradita est. *Cicero in Orat: post red: in Sen:*

Pa-

(h) Dáwná pisownia zamiast acquirat.

(i) Civitas, bierze się za Rzeczpospolitą.

Parentes cogunt teneros infantes ad salubrium rerum patientiam. Flentium ac repugnantium corpora, diligentis cura forvent: mox liberalia studia inculcant. Juventam frugalitati, moribus bonis applicant. *Seneca.* (k)

Imitandos esse maiores: sed primum illud exceptum sit, ne vitia sint imitanda. Deinde si natura non feret, ut quae-dam imitari possint; praestare debebit filius, quae erunt in sua potestate, justitiam, fidem, modestiam, temperantiam. Optima autem haereditas a patribus traditur liberioris, gloria virtutis rerumque gestarum. *Cic: de Off: lib: 1. nro. 33.*

Lucio Manlio, cum Dictator fuisset, Marcus Pomponius Tribunus Plebis diem dixit, quod is, paucos sibi dies ad Dictaturam (l) gerendam addidisset: criminabatur etiam, quod Titum filium, qui postea est Torquatus appellatus, ab hominibus relegasset, & ruri habitare jussisset. Quod cum audivisset adolescens filius, negotium exhiberi Patri, accurrisse Romanam, & cum prima luce, domum Pomponii venisse dicitur. Cui, cum esset nunc-

cia-

(k) Seneca żył po Chrystusie za Nerona Césarza. Narodził się zaś roku 13. Nawykię w mądrych moralnych.

(l) Obacz Dykeyonarz starożytności.

ciatum, (quod illum iratum allaturum ad se aliquid contra Patrem arbitraretur) surrexit e lectulo, remotisque arbitris, ad se adolescentem jussit venire. At ille, ut ingressus est, confessim gladium distinxit, juravitque, se illum statim interfectorum, nisi iusjurandum sibi dedisset, se Patrem missum esse facturum. Juravit hoc coactus terrore Pomponius. Rem ad Populum detulit. Docuit, cur sibi causa desistere necesse esset. Tantum, temporibus illis iusjurandum valebat. *de Off: lib: 3. n. 31.*

Cajus Marcius Coriolanus Patre orbatus adhuc puer, sub Matris tutela adolevit. Sortitus erat a natura nobilis ad laudem impetus: sed quia doctrina non accessit, irae impotens, obstinataeque fuit: & exemplo suo confirmavit, generosam indolem si liberali institutione carerat, edere multa simul cum virtutibus vicia, sicut foecundum natura agrum, qui exultus non sit, ejus continentia, justitia, fortitudo praedicabantur: at praefervida ira, asperi mores, graviter ferebantur.

Cum prima stipendia facere coepisset adolescens, e multis praeliis, quibus interfuit, nunquam rediit, nisi donatus corona, aliove militari praemio. Commilitonibus ejus finis erat gloria, illi vero finis gloriae gaudium Matris. Nam ubi villa au-

divis-

divisset ipsum laudari, & donari vidisset corona, & prae laetitia lachrymans esset complexa; id sibi summo honori felicitaque dicebat esse.

Post multa in Patriam merita, judicio populi, cuius iram in se concitaverat, damnatus Coriolanus, in Volscos exulatum abiit: hostiles spiritus gerens. Venientem Volsci benigne exceperunt, & usus est hospitio Attii Tulli, qui princeps Volscorum erat, Romanisque fuerait semper infestus. Itaque cum alterum vetus odium, alterum recens ira stimularet; brevi effecerunt, ut legerentur Imperatores ad bellum adversus Romanos.

Coriolanus expugnatis non paucis Romanorum oppidis, agnum Romanum est populatus. Missi Roma ad eum Oratores de pace, atrox responsum retulerunt. Iterum deinde missi, ne in castra quidem admissi sunt. Tum Veturia Coriolani Mater, & Volumnia uxor duos parvos filios ferens secum, in castra hostium venit: ut eam urbem precibus lachrymisque defendere, quam viri armis non poterant.

Coriolanus ab sede sua fert Matri obviae complexum. „Sine, (inquit illa) prius usquam sciam, ad hostem, an ad filium venerim. Captiva, Materne, in castris tuis sim. In hoc me longa vita

, &

, & infelix senecta traxit, ut exulem te, deinde hostem viderem? Potuisti populari hanc terram, quae te genuit atque aluit? Ergo ego nisi filium haberem, libera, in libera Patria mortua essem, At ille Matrem complexus „Expugnasti (inquit) & vicisti iram o Patria! admotis Matris meae precibus: cui suam in me injuriam condono. „Continuoque ipse retro ab urbe castra movit. *Livius.* (m)

Saepe ego audivi, eum primum esse Virum: qui ipse consulat, quid in rem sit: secundum eum, qui bene monenti obediat. Qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit; eum extremi ingenii esse. *Liv:*

Quanto quis diligentius obsequitur; tanto maiorem gratiam obtinebit. *Aristotel:* (n)

Navigando, gubernatori est obedendum, vivendo, illi, qui plus ratione vallet. *Stobaeus.* (o)

Quæ

(m) Titus Livius sławny Historyk Łaciński, żył za czasu Augusta Césarza: od którego był wiele poważany, umarł 17. roku po Chrystusie, ze 140. Xiag dzieciów iego, tylko się 35. zostało.

(n) Arystoteles, Grecki, jeden z nájsławniejszych Filozof, narodził się przed Chrystusem na lat 384. Uczniem był Wielkiego Platona Ateńskiego mędrcę. Założył w Atenach Szkołę, edukował Alexandra W. wielu w różnych materyach pisał, którego Xiązki moralne i polityczne wyłożył po Polsku Sebastyán Petrycy Akademik Krakowski.

(o) Stobaeus Grecki także Filozof żył 4tego wieku po Chrystusie, wielu i tén pisał, wszakże tylko z jego pism niektóre nie zupełne w zdaniach moralnych i powieściach zostały.

Quae honesta sunt, ut Parentes colere, fidem servare, justitiam retinere, benefacere, Patriam defendere; ea oportet fieri, sive imp̄eret Pater, sive non imp̄eret. Sed quae his contraria, quaeque turpia & omnino iniqua sunt; illa, ne si imp̄eret quidem, facienda sunt. Illa tamen ipsa in quibus imperanti Patri obs̄equi non oportet, leniter & verecunde declinanda. *Aulus Gellius.* (p)

Quisquis in vita sua Parentes colit; hic & vivus, & defunctus diis carus est. Contra, contemptus Parentum, ejus generis peccatum est, quod & ab hominibus odio habetur, & in viventibus ac mortuis a diis damnatur ac punitur. *Stobaeus.*

Agesilaus, Patre jubente eum in quodam iudicio, sententiam legibus adversam ferre: „A te, inquit, mihi Pater, a pueris ritua edoctus sum, legibus parere. Itaque, que etiam nunc tibi obtempero, nihil in legibus peccando. *Plutarchus in vita Agesilai.* (q)

Te-

(p) *Aulus Gellius* uczeń Grammatyka Łaciński, żył za Adryana Césarza około 130. roku po Chrystusie. Pisał wiele ciekawych powieści do historyi służących.

(q) Plutarch sławy Filozof i Historyk Grecki, żył za czasów Traiana Césarza na początku drugiego Wieku po Chrystusie. Pisnął Historię życia sławnych

Telēcrus Sparthanus, cuidam nuntianti, Patrem de eo male loqui: nisi inquit dicendum illi esset; minime diceret. Maluit in se culpam transferre, quam committere, ut Pater quidquam temere loqui videretur. Habes & pietatis simul & modestiae exemplum. *Plutarchus.*

Liberos non modo reticere Parentum injurię, sed etiam aequo animo ferre oportere. *Cicero.*

Adolescentulus quidam Zenonis Scholam diu frequentaverat. Reversum in Paternas aedes, interrogavit Pater quid tandem sapientiae didicisset? ille rebus ipsis se ostensurum respondit. Indignante autem Patre & verbéra ipsi ingerente: ille quietus permānens & patienter ferens: hoc inquit didīci, iram Patris aequo animo ferre.

Ariopharnes Rex Thracum, cum a tribus Regis Cimmeriorum filiis, de Regno Paterno contendentibus, judex omnium consensu electus esset: ut litem dirimēret; Patris cadaver sepulchro erūi, arbōri alligari, arcum deinde ac tela quemque filijorum expedire ea lege, ut, qui propius cor Parentis sagitta confecisset, Rex haberetur.

Pri-

wniejszych Mążów Greckich i Rzymskich, porównywając jednego z drugim. Pisnął i moralne Księgi, jako to: o Edukacji Dzieci, i wiele ciekawych rzeczy o starożytności.

Primogenitus, guttus, alter, medium pectus contigerat. Tertiū jacūla dum expectantur; ille abjecto arcu, Regno se abi-re malle, quam Paternum corpus violare assenuit. Placuit Regi ejus pietas, illique Regnum adjudicatum. *Diodorus.* (r)

Omnis homines palam praedicant, pri-mum diis, deinde Parentibus honorem de-beri natura & legibus: neque liberos quid-quam gratius facere posse, quam si beni-gne & alacriter gratias referant iis, a quibus geniti, educative sunt. Impium habetur, non semper Patri ac Matri ea dicere & facere, quibus laetentur. *Plutarch.*

Si liberi Parentibus nati sunt humilibus, si propinquos habēant imbecilliores, vel anīmo, vel fortuna; eorum, cum potē-runt, augēant opes, eisque honorū sint. *Cicero.*

Praetor tradidit Triumviro necandam in carcere mulierem sanguinis ingenii, capi-tali criminē damnatam. Is, qui custodiae praeerat, misericordia motus, non eam protinus strangulavit. Dedit quoque adi- tum ad eam Filiae, sed diligenter excussae, ne quid cibi adferret. Existimabat enim futu-

(r) *Diodorus Siculus* z Rodziców Greczn, narodził się w Sycylii za czasów Juliiusza Césarza i Augu-sta. Pisał w Rzymie Bibliotekę Historyczną na 40. Xiążek podzieloną, z których tylko teraz jest 15^a.

futurum, ut inedia consumeretur. Cum autem jam dies plures effluxissent; miratus quod tamdiu vivēret, curiosius observata filia, animadvertisit illam lenire famem Ma-tris, lactis sui subsidio. Quae res tam admirabilis ad Judices perlata, impetravit Ma-tri remissionem poenae. Nec tantum Ma-tris salus donata est filiae pietati; sed am-bae perpetuis alimentis sustentatae sunt pu-blīco sumptu. Et carcer ille consecratus est, extructo ibi pietatis templo. *Cajus Plinius.* (s)

Cum captum atque incensum est Jli-um, Graeci Trajanorum fortunas miserati, hoc maxime dignum gentis suae humanita-te, per praecōnem pronuntiari jusserunt: ut singuli e libēris civībus, secum auferrent, in humeros sublatum id, quod putarent inter res suas praecipue servandum. Statim Aene-as deos Patrios humēris imposuit. Hac pie-tate capti Græci permisere ipsi, etiam altēram rem asportare. Tum ille diis altērum onus addidit, Patrem suum Anchīsem senio confectionum. Quo facto mirum in modum obstupfacti Graeci, Aeneae omnia resti-

(s) *Cajus Plinius secundus* urodził się w Weronie, żył za Wespazyana i Tytusa Cesarzów. Pisał His-toryę naturalną. Drugi tegóż imienia *Plinius Cae-silius secundus*, śiestrzeniec piérwszego, pisał listy dweipné; i sławny Panegiryk Traiana.

restitui voluerunt: ita declarantes, illos etiam, qui hostes sunt, mansuescere & misericordia moveri in eos, qui deos & Parentes colunt. *Aelianus.* (t)

Cum, seditione inter Macedonas milites & Graecos mercenarios orta, Rex Philippus gravi vulnere percussus esset, & ex equo dejectus; prosiliuit ante omnes Alexander annum tunc septimum decimum agens, jacentem, clypeo suo protexit, ruentesque in eum multos, sua manu occidit. *Plutarchus.*

Est adolescentis majores natu vereri: exque his diligere optimos atque probatissimos: quorum consilio utatur. Ineun-
tis enim aetatis inscientia, regenda est se-
num prudentia.

Legibus cautum, erat apud Lacedae-
monios, ut adolescentes, non solum Pa-
rentes suos revererentur eisque obedirent;
sed seniores quoque omnes colerent. Ita-
que de via illis decedebant, e sedibus as-
surgebant, & consistebant quieti ac vere-
cundantes, dum illi transirent. Cuilibet se-
ni licebat juniores omnes monere & ver-
bis castigare. Quin, id moris erat, ut
junio-

(t) *Claudius Aelianus* narodził się w Prenieście we Włoszech: uczył w Rzymie Retoryki za czasów Alexandra Sewera Cesarza około roku 222. po Chry-
stusie. Napisał między innymi *Historyę zwierząt.*

juniores a senioribus sibi obviām factis in-
terrogarentur, quonam, & cuius gratia
irent. *Plutarchus.*

Cum Athenis quidam in theatrum gran-
dis natu venisset ad spectandos ludos; in
magno consensu, locus ei a suis civibus
non est datus. Cum autem ad Lacedae-
monios accessisset, qui, quia Legati tunc
essent, conserderant certo in loco, con-
surrexere omnes, & sedem seni inter ipsos
dederunt. Quod ubi fieri populus adspe-
xit; multiplici plausu comprobavit.

WIADOMOŚĆ O FEDRZE.

Fedrus rodém z Tracyi czyli teraznieyszéy Romanii, wyzwoleniec Augusta, bayki Ezopa, iak sam mówi, wytożyt wiérszém. Pisany za panowania Týberiusza. Przesławowany był od jego Ministra złośliwego Seiana, któremu się zdawało, iakoby w bieczkach Fedra, satyry na siebie widziąt. Czuł się Seian do zbrodni, i wszystkich miał u siebie w podeyżrzeniu.

Od czasu Seneki, poszyły w nie pamięć bieczki Fedra. W wieku dopiero XVI. Franciszek Pithou Francuz w Bibliotece Rotomańskię wynalazł i wydał na świat. Styl Autora tego piękny i łatwy, czystą Łaciną, náylepszym w tym Języku Pisarzom bynáymniej nie ustępuje. Bay-

Bayki Fedra przetłozoné sa na rózne Języki. Znayduja się tlumaczoné po Polsku wiérszami, w zbiorze rymów J. X. Episiego Minasowicza Kaszonia Kiiowskiego.

B A Y K I F E D R A.

Lupus & Agnus.

Ad rivum eundem lupus & agnus venerant,
Siti compulsi. Superior stabat lupus,
Longeque inferior agnus. Tunc fauce im-
próba

Latro incitatus, jurgii causam intulit:
Cur, inquit, turbulentam fecisti mihi
Aquam bibenti? Laniger contra, timens:
Qui possum quaeso facere, quod quereris
lupe?

A te decurrit ad meos haustus liquor.
Repulsus ille veritatis viribus,
Ante hos sex menses at maledixisti mihi.
Respondit agnus: equidem natus non eram.
Pater, hercule, tum, inquit, maledixit mihi.
Atque ita correptum, lacérat: injusta nece.
Haec propter illos scripta est homines fabula,
Qui factis causis innocentes opprimunt.

Canis

Longeque inferior. Pokaznie się tu niesprawiedliwość w wilku, że nié má pozoru nawet słuszności, gdy baranek stál niżey, a wilk wyżey wody biegaczy, toć mu nié mógł iey mącić. *Fauce bierze za chciwość żarłocznę paszczy.* *Laniger weńisty,* za-

Canis per fluvium carnem ferens.

Amittit merito proprium, qui alienum
Ad pétit.

*Canis, per flumen carnem dum ferret
natans,*

*Lympharum in speculo, vedit simulachrum
suum,*

*Aliamque praedam, ab altero ferri putans,
Eripere voluit. Verum decepta aviditas:
Et quem tenebat ore dimisit cibum,
Nec quem petebat ad eo, potuit attingere.*

Vacca, capella ovis & leo.

Nunquam est fidelis cum potente societas
Vacca & capella & patiens ovis injuriæ

*Socii fuere cum leone in saltibus.
Hi, cum coepissent cervum vasti corporis,
Sic est locutus partibus factis leo:
Ego primam tollo, nominor quia leo.*

B

Se-

miast wiásciwy nazwy baranek, położony wyráz przenośny. *Timens* dobrze maluje boiawliwą naturę baranka, iako *Latro* zboieczną duszę wilka. *Hercule* albo *hercule*, me *hercule* sposob przysięgi u dawnych na Herkulesa.

Pospolite w baykach, oprócz sensu moralnego, uważać się zwykło, czy dobrze wydany jest wiáscowość i natura zwierząt, lub innych stworzeń. *Patiens ovis injuriæ*. Dobrze wyraża naturę słabych owieczek, która nié mogac się mącić krzywą swoią ciérpliwie iż znosi. Lew pozwolił dzielić

(18)

Secundam, quia sum fortis, tribuetis mihi,
Tum quia plus valeo, me sequetur tertia.
Malo affligetur, si quis quartam tetig'erit.
Sic totam praedam sola improbitas abstulit.

Rana rupta.

Inops potentem dum vult imitari perit.
In prato quodam rana conspexit bovem:
Et tacta invidia tantae magnitudinis,
Rugosam inflavit pellem: tum natos suos
Interrogavit, an bove esset latior?
Illi negarunt. Rursus intendit cutem
Majore nisu, & simili quaesivit modo
Quis major esset? illi dixerunt bovem.
Novissime indignata, dum vult validius
Inflare sese; rupto jacuit corpore.

Muli & latrones.

Muli gravati sarcinis ibant duo:
Alter ferebat fiscos cum pecunia,
Alter tumentes multo saccos hordeo.

Jlle

złapaną zdobycz: bo to miał za usługę dla siebie: ale nie pozwolił niczego brać z tego podziału. Pokazuje się tu w postaci lwa, razem dumą, niewdzięczność, przemoc i niesprawiedliwość. Pozyteczna i bardzo potrzebna nauka iest w téy bayce, aby sięuboższy Panu nie równał: boby się zniszczył, i nic nie dokazał. Źaba dumna zdała się na sąd własnych dzieci. Sadziły dzieci szczerze i bez pochlebstwa. Jlę będąc wolnemi od dumy swéy Matki. Zawsze dobrze sądzimy kiedy sadzimy bez passyi. Przy téy namiętności, nie má dobrego zdania.

(19)

Ille onere dives, celsa cervice eminet,
Clarumque collo jaectat tintinnabulum:
Comes quieto sequitur & placido gradu.
Subito latrones ex insidiis advolant,
Interque caudem ferro mulum sauciant.
Diripiunt nummos, negligunt vile hordēum.
Spoliatus igitur casus cum fleret suos,
Equidem, inquit alter, me contemptum
gaudeo,

Nam nil amisi, nec laesus sum vulnere.
Hoc argumento, tuta est hominum tenuitas:

Magna periculo sunt opes obnoxiae.

Perae Jovis.

Peras imposuit Jupiter nobis duas:
Propriis repletam vitis, post tergum
dedit:
Alienis ante pectus suspendit gravem.
Hac re videre nostra mala non possimus.
Alii simul delinquent, censores sumus.

B2

Tau-

Hoc argumento, iesto właśnie dowód i przykład z podobieństwa téy baiczki, iak wielu przygodom i niebezpieczeństwstwu podlegają bogaci. Pomierny człowiek nie má się czego obawiać w ubóstwie swoim. Cantabit vacuus coram latrone viator.

Będzie śpiewać prózny
Przed zbożycią podróżny.

Taurus & vitulus.

Angusto in adītu taurus luctans cor.
Anībus,
Cum vix intrare posset ad praesepia,
Monstravit vitūlus, quo se pacto flecteret.
Tace, inquit: ante hoc novi, quam tu
natus es.
Qui doctiorem emendat; sibi dici putet.

E S O P I F A B U L A E. **Ranae duae*

Duae ranae in palude pascebantur.
Estate autem siccata palude, illa de-
relicta, quaerebant aliam. Coeterum pro-
fundum invenerunt putēum. Quo viso,
altera, alteri inquit: descendamus in hunc
putēum. Illa respondens, ait: si igitur
& hic aqua aruerit; quomodo ascende-
mus? **

Formica & columba.

Formica sitiens descendit in fontem: ac
tracta a fluxu, suffocabatur. Columba
id spectans, ramum arbōris decerpsum,
in

* Ezop z Frygii rodém, żył na 600. lat przed Naro-
dzeniem Chrystusa, służył u Filozofa Xanta. Dla
swego dowcipu i rozsądku gruntownego, w wiel-
kim był szacunku u wszystkich.

** Pokazuje się z téy baileczki, iak potrzebná jest
przecorność: żeby po niecasie nie żałować przed-
siewzięcia swoiego.

in fontem projicit: super quo evasit aquis
formica. Postea vero auceps quidam com-
positis calāmis, ad comprehendendam co-
lumbam venit. Hoc viso formica aucūpis
pedem momordērat: qui dolens, calāmos
reliquit. Intērim columba avolando, in-
sidias evasit. *

W I A D O M O Ś C*O Terencyusz.*

Publius Terentius Afer narodził się w Afry-
ce, Mieście Kartagine. Człowiek ten miał
dowcip i naukę, a osobliwie piękny chara-
kter duszy i przyjemność obyczajów: da-
lekim będąc od wszelkiej złośliwości, nie
umieścił iey w pismach swoich. Muza jego,
mówi Horacyusz Poeta Łaciński, nie ina-
czey pokazywata się na teatrze, tylko z ja-
ką skromnością przychodzić zwykiy Damy
Rzymskie na czynieniē ofiar Boginiom. Przy-
jaciel dwóch sławnych Rzymian Leliusza i
Scypiona Afrykańskiego Terency, byt niewol-
nikiem Terenciego Lukana Senatora Rzymskie-
go: od którego przy wyzwoleniu, nadané
sobie miał imię Terenciego. Pisát Komedye w je-
zyku Łacińskim: z których tylko sześć pozostaje.

* Nauka, iak wdzięczność wrzodzoną jest každému
stworzeniu, i iak nawet pomóc daná stebenu na-
grodzić nie może.

stato. Gdy przyszedł raz do Edyla, który miał staranie o teatrach, dla przeczytania swojej Komedyi przed podaniem ię na teatr; nie będąc znaionym Edylowi, i przybrany też nie bogato, stanął z daleka. Lecz iak tylko kilka wiernów ze swojej Komedyi przeczytał; powstąd Edyl z mięsca swego, prosiąc Terencjusza, aby przy nim usiadł, i dalej czytanie przy nim usiadły kończyt. Umart w podróży do Grecji okoto roku 159. przed Chrystusem.

Z Komedyi pod tytułem=

=*Adelphi Actus 1. scena 2.* Salvum te advenire gaudemus. Item opportune: te ipsum quaerito quid tristis?

Homine imperito nunquam quidquam injustius? qui, nisi quod ipse fecit, nihil rectum putat.

Act: 3. sc: 3. Istuc (u) est sapere, non quod ante pedes modo est, videre; sed etiam illa, quae futura sunt prospicere.

Scena 4. Inspicere, tanquam in speculum, in vitas omnium, jubeo: atque ex illis sumere exemplum sibi: hoc facito, hoc fugito: hoc laudi est, hoc virtuo datur.

Act:

(u) *Istuc* zamiast *istud.*

Act: 5. sc: 8. Facite, quod vobis lubet. Sed, si id vultis potius, quae vos, propter adolescentiam, minus videtis, magis impense cupitis, consulitis parum, haec reprehendere & corrigere me: & obsecundare in loco; ecce me, qui id faciam vobis.

Tibi Pater permittimus: plus scis, quid opus factò est.

Phormio Act: 1. sc: 2. (w) At ego obviā conabar tibi Dave. (*Davus*) Accipe hem, lectum est (x) conveniet numerus, quantum debui. (*Geta*) Amo te, & non neglexisse, habeo gratiam. (*Davus*) Praesertim ut nunc sunt mores. Si quis quid reddit; magna habenda est gratia. Sed quid tu es tristis? (*Geta*) Egōne! nescis quo in metu & quanto in periculo simus? (*Davus*) quid istuc est? (*Geta*) Scies, modo ut tacere possis. (*Davus*) Abi sis (y) insciens: Cujus tu fidem in pecunia perspexeris, yerere verba ei credere? Quid mihi lucri est, te fallere?

PO-

(w) Dług wypłacą *Getowi. Davus.*

(x) Lectum est piéniądze dobré, ważne, ta liczba, w której oddaje, zgadzają się z tą, którą był wienn.

(y) Sposób mówienia łacińskiego podobny do używanego w Polskim, n.p. *Idź sobie z taką mową.*

POWIEŚI NIEKTÓRE.

Nasica, cum ad Poetam Enniūm venisset, eique ab ostio quaerenti, ancilla dixisset, domi non esse; Nasica sensit illam domini jussu dixisse, & illum intus esse. Paucis post diebus, cum ad Nasicam venisset Ennius, & eum a janua quaerēret; exclamat Nasica, se domi non esse. Tum Ennius quid? ego non cognosco vocem, inquit, tuam? Hic Nasica: homo es impudens: ego cum te quaerērem, ancillae tuae credidi, te domi non esse; tu mihi non credis ipsi?

Cicero lib: 2. de Oratore.

Ibidem nro 69. Orator malus, cum in epilogo misericordiam se movisse putaret, postquam assedit, rogavit Catilum, videreturne misericordiam movisse? „Ac,, magnam quidem, inquit Catulus: nemini enim puto esse tam durum, cui,, non oratio tua, miseranda visa sit.,,

Sicūlo Praetor Scipio, patronum cauee dabat hospitem suum, hominem nobilem, sed admōdum stultum. „Quaeso,, Praetor, inquit Siculus, adversario meo,, da istum patronum; deinde mihi neminem dedēris. „

Tusculan: Quaest: lib: 1. nro 39. Apud Hypānim fluvium (z) qui ab Europae parte in pontum influit, Aristotēles ait bestiolas quasdam nasci, quae unum diem vivant. Ex his igitur hora octava, (a) quae mortua est, proiecta aetate mortua est: quae vero occidente sole, decrepita.

Ibidem lib: 5. nro 14. Lacedaemonii, Philippo minitanti per literas, se omnia, quae conarentur, prohibitum quaequiventur; num se esset etiam mori prohibitus?

Nro 32. Socrates, in pompa, cum magna vis auri argenteique ferretur, „quam,, multa non desidero!,, inquit.

(z) Hypanis Bog, wpadający nie daleko Oczakowa w morze czarne, zwané Pontus Euxinus.

(a) Hora octava podlug naszego zegaru, wypada godzina druga po południu.



